Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intelligere que dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto iesus xpm resurrexisse a mortuis. Alla. Gaudete sedm. Alla. xps resurgens. Vsa. Agni paschalis. Euangeliu. Ego sum uitis. Off. Confitebunt. Sec. Munera domine oblata sanctifica: et intercedente pro Georio martire tuo nos phece apticor uisor in agnis emunda. Pcom. Letabitur iustus compl. Supplices te rogamus omnipotens deus ut quos tuis refecisti sacramentis intercedente beato Georio martire tuo tibi etiam placatis moribus digniter tribuas deseruire. Maria euangelistae introit. Psalm. Mei eius qui ptin. Marcum euangelistam tuum euangelice predicationis gratia illuminasti: tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere: et oratione defendi. Ad Romanos. Quia alteri deseruiunt Corinthios. Quia alteri partiabitur. Ita et dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem hec: ut in me ita fiant. Bonum est enim mihi magis mori: quam ut gloriam meam quis euacuet. Nam et si euangelizauero non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Ve enim mihi est si non euangelizauero. Si enim uolens hoc ago: mercedem habeo. Si autem invitus: dispensatio mihi credita est. Que est ergo merces mea